



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Regulae seruandae in vniuscuiusque Ecclesiae descriptione, in Archiuio
Cancellariae Archiepiscopalis seruanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Liber index iudi magistrorum, ac professorum quorumcunque, exceptis regularibus docentibus in Monasterio, cum statu & informatione morum cuiuscunque, qua in aliis habeat à Curatis, Vicariis Foraneis, Visitatoribus.

Index Priorum singularium scholarum. Liber mendicantium vagabundorum, ex Concilio Provinciali. Filia literarum testimonialium de his. Index licentiarum eisdem concessarum, pro eleemosinis per Cūlītatem, vel Dię cesim quārendis.

De libris status Ecclesiasticorum, & iuribus Ecclesiasticorum.

Habeat libros necessarios perpetuos pro plena descriptione status cuiuscunque ecclesie, & exemptae, & regularis, & loci pīj huius Diocesis, cum suis omnibus bonis & iuribus. Sint libri inter se distincti infra scripta ratione.

Libri certi ut infra, de iuribus Archiepiscopalibus.

Liber ecclesie Metropolitanæ.

Libri singuli portarū, seu regionum Vrbis, & Plebiū Dicēsis; ordine Parochiarum in hanc formam. Ponatur nomen ecclesie plebane. Titulus altarium in ea existentium. Nomen etiam ecclesiastarum, oratoriōrum, vna cum eorum altaribus intra limites Curiae dictæ Parochiae consitentium. Describatur Index Parochialium ecclesiastarum intra limites illius plebis existentium.

Describatur nomen tituluse vniuersi que Parochialis. Titulus etiam singulorum altarium in ea existentium; & nomen singularum ecclesiastarum, oratoriōrum & sacerdotalium, vna cum eorum altaribus intra limites dictæ Parochialis consitentium. Index similis ecclesiastarum, altarium, & oratoriōrum regularium, tam virorū, quam mulierum.

In ijs scribantur quæcunque pertinent ad ecclesiastas, etiam regulares & exemptas, & altaria, & loca, quæ in earum Parochiarum finibus posita sunt, exactis.

simè, ad formam infra scriptam; status scilicet perpetuus cuiuscunque ecclesie, earumque bonorum ac iurium immobilium cum suis oneribus inventarium, siue altaris, ac beneficij, locique pīj ex prima fundatione, siue post ex pīj reliquis, aut alia ratione, unde cunq; illis acquisita sint.

Si quæ item deinceps iura annua perpetua, vel ad certū tempus quo cunque nomine addi, vel detrahi, aut immutari contingat.

* Forma autem in ea descriptione

hac sit.

Primo ponatur descriptio & delineatio, seu designatio & forma structrix ecclesie, cum suis capellis, altaribus, cōmiterio, domo annexa, & eiusmodi; seruat̄is infra præscriptis regulis.

Regulae seruandæ in vniuersi que Ecclesie descriptione, in Archivio Cancellariae Archiepiscopalis seruanda.

In superiori parte chartæ, in qua Ecclesia delineatio fit, describatur. Titulus Ecclesie, cum nomine portæ urbis, vel Plebiū in Dicēsi, in qua sita est; tum etiam Parochia, in cuius finibus est.

De ecclesia ipsa generatim delineantur, & communstrentur haec, & huiusmodi singula.

Situs, & positura, constructionisque videris forma.

Longitudo.

Latitudo.

Altitudo item à pavimento ad tabulatum.

Vnicare præterea, an pluribus nauibus coniter.

De patimento.

Si ad illius ingressum ascendatur, aut descendatur; & qua altitudine.

De.